The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Elemosina aq

cum fonte primo

Tu ergo quando uenis ad ecclesiam ad Deum adorandum, munera tecum in manibus porta, da non habentibus, et pete ab illo qui habet ut oracio tua bonis operibus commendetur.	Tu ergo quando venis ad ecclesiam ad orandum Deum, munera tecum in manibus tuis porta: da non habentibus, et pete ab illo qui habet, ut oratio tua bonis operibus commendetur. Sic et in lege scriptum est: *Ne intres in conspectu Domini Dei tui vacuus* (*Exod*. 23. 15):
Infirma enim est oracio que elemosinarum largitate non est munita.	infirma enim oratio est, quae eleemosynarum virtute non est munita.
Crisostomus ibidem (super illud Matthei V.: Te faciente elemosinam) super Mattheum.	Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaeum*, 2.11 (PG 56, col.642-3).